

necessitate, vel ex consilio. c) Prima nihil turpius: siquidem ignavia extremum malum est, ipsi morti equiparandum, a) atq; ob hanc causam J. Cæsar cum incepturus esset prælium dimittebat eqvos, & imprimis suum, quo major permanendi necessitas imponeretur, auxilio fugæ erepto. e) Alteram quod spectat, eam sumebat Romulus in ancipiti cum Sabinis pugna, ubi nolens volens auferebatur in præceps, torrente veluti subsequenti, f) nam cur solus stetit? ne Hercules quidem adversus duos, nec imprudens Fulvii est excusatio: g) Quid solus restans Reipublicæ prodesse potuissem, nisi si mors mea remedio publicis cladibus esse potuisset: Imo iidem Romani gratias agebant Varroni, quod per fugam servavisset cives: h) & cum in aciem educturi essent copias, locum receptui idoneum, si pel-lerentur prospexerunt. i) Rarum enim est, & ante avro Vian ipsi Cinnamo incredibile, k) quod Manuel Imperator, totis Persarum phalangibus obsistere, eorumq; impetum solus sustinere poterat. Ul-timum fugæ genus hoc loco intendimus, quia inducitur hostis spe victoriæ, ut vincatur. l) Atq; hoc est sæpè laudatum & feliciter ex-ercitum stratagematis genus, quod sapienti & prudenti non so-lum, sed & pio ac christiano Duci imprimis convenit. Inde tam sæpe usurpatum à Germanis veteribus præcipuè Chattis m) Thessalis, n) Ætolis, o) Parthis, p) Scythis q) Israëlitis quoq; r) & aliis.

a) Salust. Jugurth. cap. 49. b) Flor. lib. 2. cap. 6. c) Bernegg. Quæst. Misc. qv. 28. d) Plato in Alcibiad. cap. 1. e) Sveton cap. 60. Frontin. lib. 2. stratagem. cap. 8. f) Gruter not. pol. h. l. g) Liv. lib. 26. cap. 3. h) Id. lib. 22. fin. i) Len-tul. Aul. Tiber. ad 2. Annal. n. 24. k) lib. 4. p. 109. l) Tacit. 2. Annal. cap. 52. m) Id. 1. Annal. cap. 56. n) Curtius lib. 3. cap. 11. o) Thucyd. lib. 3. p) Tac. 6. Annal. cap. 35. q) Plato in Lachete. r) Josuæ 8. Judic. 20.

Victoriam
bene admi-
nistrabat vel
securitatis
causa tantum,
vel etiam uti-
litatis ergo.

XXIII. Quoniam autem multi vincere quidem sciunt, sed
uti Victoria nesciunt, a) laudandus magnopere est Romulus, quod
in Victoria prudentissimè undiq; se gesserit. Quamquam enim
Sapientes pacis causa bellum gerere, laborem spe otij sustentare de-
bent, b) & propter solam pacem exercendum est bellum: c) Tamen
sicut libentius suscipitur labor pro desiderio voluptatis, quam pro a-
more Virtutis: d) ita ad fortitudinem magis spes prædæ & utilitatis
accendit, quam pacis desiderium. e) Et hoc est, quod Cicero ju-
bet f) Quirites & belli utilitatem, & pacis dignitatem debere sustinere,
quod